

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Relinquere z  
cum fonte primo

Zacheus certe cuius laus est in  
ewangelio dimidium  
bonorum suorum dedit pauperibus,  
sed ego multos Zacheos hic uideo  
qui nichil sibi ex omnibus reliquere.  
Quis mihi scribet hoc ewangelium  
de Zacheis istis, immo de Petris istis,  
qui fiducialiter loquantur Domino:  
Ecce nos relinquimus omnia et secuti  
sumus te? Sed scriptum  
est iam in ewangelio eterno,  
in libro uite est scriptum et signatum.

Bernardus sermone CV.

Zachaeus certe, CUIUS LAUS EST IN  
EVANGELIO (2. Cor. 8:18), dimidium  
bonorum suorum dedit pauperibus;  
sed ego multos Zachaeos hic uideo,  
qui nihil sibi ex omnibus reliquere.  
Quis mihi scribet hoc Evangelium  
de Zachaeis istis, immo de Petris istis,  
qui fiducialiter loquantur Domino:  
ECCE NOS RELIQUIMUS OMNIA ET SECUTI  
SUMUS TE (Mat. 19:27)? Sed scriptum  
est iam in Evangelio aeterno,  
in libro vitae scriptum est et signatum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in  
festiuitate omnium sanctorum*, 1, 12  
(SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.  
Rochais eds., pp.337-8, ll.20-23, 1-2).